animi, boni mores in exilium pelluntur. voluptates imperant, virtus deniq(ue)
opprimitur. Illa enim sola corporibus, pax animis pestem infert saepe etiam
corporibus. Itaq(ue) lorica multis felicior, quam toga, campusq(ue) securior
quam thalamus, tuba quam tibia, sol quam umbra. Fatendum quidem mihi o
Imperatorum optime si pax sine vitiis veniret, et caeleste munus et secun-
dum nulli bonum arbitrarer, sed raro et heu raro sine vitiis comparatur.
At his dictis sepositis video tibi Imperator in mentem venire ingen-
tem illam calamitatem ante annos aliquos Germaniae illatam, et
quo tandem spectare possit, Germania viribus quam armis rebusq(ue) pe-
cuniis exuta viribus detrita insuper multis millibus optimorum Ducum
militumq(ue) extinctis, Qui tandem fieri possit quo consilio, qua ra-
tione bellum instaurare prosequi atq(ue) conficere possit. Itane
his levibus terriculamentis ita moveri, ita terreri sines animum
tuum, alioquin magnanimo et excelso ornatum, itane belli for-
tunae inexpertos germanos esse putas? Ut post tot victorias
suorum antecessorum nuperrime etiam clade Suecis Nordlingae
perflicta aliquam saltem maculam atq(ue) dedecus non deleverint extinxe-
rint, illiq(ue) qui toties victoriam obtinuere iam vincendos metuis!